

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Libidinosus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A probosq; alios plerosque omnes, de amicis illis declinandis intelligere, quorum nobis pernicioſa fit consuetudo, dum vel exemplo, vel etiam adhortationibus bducere nos à abonis moribus, & à vita integritate conituntur. Omnia enim fatemur amico deberi : sed usq; ad aras. Atq; hic subticuſti, *Julianus* mi patrue, profatus tantum, ne reliqua proſequerere, honorē habere te auribus gravissimorum ho- *Apostata*. minum, cum lepide THOMÆUS conjectari ſe professus eſt, cur tibi tacendum imperasles: addens in ex- plicanda rerum natura, obscurioribusq; ſcriptorum locis in lucem eruendis, ſibi, utpote viro Philo- ſophia ſtudiis dedito, nullam eſſe debere verecundiam. Nam tu, inquit, oculum amoris laſcivi et iam eſſe ſignum ideo dicere noluiſti, ne Veneris ex obſcenō carmine lumine eſſe puto probar: co- gereris. Atqui poteras Venereum hujusmodi oculum ex Hefiodi Theogonia proferre: hunc enim, ut noſti, Poēta vetutissimus ἀνολελιθαργυ appellat, quaſi laſcivitatem amorisq; plenum, & mobilitate lu- brica quoq; ſe facile vertentem, hominisq; mentem, in quem impexerit, tenacissime complicantem, fumpta Hefiodani vocabuli a claviculis vitium metaphorā, quaſi aſpicientes laqueis & vinculis de- vinciāt atq; conſtrīgant. Hic tu, Patru: Scio quid me deceat. Sed ea potius de cauſa finem feci,

B quod nuper prelegendo, & nunc dicendo, laſſulus mihi videbar: quare niſi vobis grave eſt, vos reli- *Oculus Ve-*
qua proſequimini, οὐδὲ δέδογι ἐστὲ καὶ τεργοὶ λέγειν. Hic Thomæus multa de te honorifice locu- *nerem.*

tus, admittendam laſſitudinis excuſationem dixit. Ut vero diſtione tuam proſequetur lepidus ſenex; multa ſuper amore ex Muſeo & Platone diſſeruit: quemadmodum is ex partis amati corporis oculis in amantis pupillas involeat, ibiq; aperta ſibi via in medium uſq; cor penetret atq; transiliat, ſi- ve ſpiritus, ſive ſanguis ſit temuſiſimus, qui corpus in alienum tam lubricus illabatur: iſcircoque ſi- gnate admodum inverecundi, ac maxime petulantis hominis hieroglyphicum fieri ex oculo ſubfan- guineo, obſervatum ab iis, qui Physiognomia ſcientiam tradiſere, quare apud Lucianum de laſcivo & admodum improbo adoleſcente diſtum, habuisse eum ὁ Φειδίους ὁ Φειδίους. Neq; temere Ovidiu- um inter laſcivitatem ſigna poſuifle, purpureas genas pollice tangendas, cujus haec ſunt carmina:

Cum tibi ſucceſſrei Veneris laſcivia noſtra, Purpureas tenero pollice range genas.

LIBIDINOSUS. CAP. XI.

C Taque ſi hominem Veneris uſu intemperanter deditum ſignificare quis voluerit, ejus ajebat o- culos glabris ex toto palpebris effingendos, quarum pilii tunc defluere incipient, cum res Venerea cooperit exerceri: coque magis decidunt, quo amplior accidat ejus rei uſus.

PRÆSTANTIA. CAP. XII.

A Ddebat denique ad ea qua de amore aut pulchritudine, aut alia qua piaria charitate, qua affectum excitet, differuerat, oculum eſſe ubique hieroglyphicum rei, qua maxime præſtet, qua que cariſſima omnium habeatur: Catullianaque illa tot exempla, qua toto paſſum opere comperiuntur, rei locupletiſſimum facere testimonium. Sed quod inſularum peniſularumque omnium ocellum dicit, ex Pindaro deſumptum, qui Agrigentum Siciliæ oculum vocet, Olympiis, o- ſecunda, πικάλια τε ἔτου ὁ Φειδίους. Atque in hanc ſenten- tiā Tullius: *Hi duos oculos terra maritima effuderunt.*

VITA MORSQUE. CAP. XIII.

D Er ad adaptum autem oculum hieroglyphice Vitam ſignificari, velut per eum claufum, Mortem. Hinc apud Homerum totiens, *Intueri ſolem, pro Vivere*, hinc *Claudi lumen*, apud eundem, neque non apud noſtrōs ubiq; pro mori. Oculos enim morientibus operire, rurſusq; in rogo patefere, Quiritum magno ritu ſacrum fuſſe legimus: ita more condito, ut neque ab homine ſupremum eos ſpectari fas eſſet, & cœlo non ostendi nefas, authore Plinio.

Ddd 2

ME



Subter ſan-
guinem ba-
bentem o-
culum.

Sicilia oca-
lus.

Ad Licini-
um Calvum.